

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Andreae Alciati Emblemata**

**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

Ocni effigies, de iis qui meretricibus donant, quod in bonos vsus verti  
debeat. Emblema XCII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](#)

## Emblemata

393

Molla cum duris, sine pondere habentia  
pondus.

Basilius: Ex vario & crasso alimento, vino-  
que fuliginosae exhalationes, elatae in  
mortis densae nubis, Spiritus Sancti illustra-  
tiones in ipsam mentem suo interuentu  
impediunt. Sed nunc pro more Gulæ asse-  
clam suis coloribus depingemus, sed stri-  
ctum & currenti penicillo. A qualiculum  
tradit, non fert, triumphalem instar cadi  
vinarij, latum, inflatum, infarcitum: suras  
tremulas haber, follicates, cubitali crassitie,  
breuiuscumas, pumilionum mensura: cluni-  
bus incedit ac podice pendulo, radete ter-

Imago  
gulosis.

ram: capite oblongo, prominentibus aur-  
culis, sicut olla tricongia, auritum peponæ  
diceret: naso cupreo, purulentio, gibbofo,  
flaccidis maxillis, labris stillantibus & ob-  
tortis facculorum more, quibus Veneti pi-  
per suum & caryophylla vendunt. Digi-  
tos vide, lucanicas eredes, brachia sine in-  
ter nodis & iuncturis, inculcata sicut  
puluilli Lanei. In summa, truncus carneus  
est spiras, damnatus ad saginam & macel-  
lum, cuius lardum & pernas deuorabat  
in stygia popina inferorum vultus. Nuc  
Oeni fuis nos ad se trahit.

Ocni effigies, de ijs qui meretricibus donant,  
quod in botros usus verti debeat.

## EMBLEMA XCII.



IMPICER band cessat funem contexere (parto,  
Humidaq; artisci iungere fila manu.

Sed

Sed quantum multis vix torquet strenuus horis,  
Protinus ignavi ventris asella vorat.  
Fæmina, iners animal, facili congesta marito  
Lucra rapit, mundum prodigit inq; suum.

## COMMENTARII.

- I. **PINGITVR** strenuus restio, cōficiē  
dis ex iuncto funibus nunquam non  
occupatus, sed quod ille miser longo tem-  
pore, assidueq; labore contorsit, tortum  
ignava a sella astans deuorat.
- II. **ID** ex Pausaniae Phocicis tractum, enu-  
meratis enim aliquot statuis Deorum &  
Heroum Polygnori manu depictis, post  
has virum quendam sedere ait, inscriptio  
nemque indicare eum esse Ocnum, qui te-  
xat è iuncto restim vel funem, sed astantem  
a sellam totum quod ille laboriosè texeu-  
rit arrodetem. **Gnatum** & industrium ho-  
minem fuisse Ocnum aiunt, qui vxorem  
sumptuosam & prodigam habuerit, qua  
profundere consueverat, quicquid illę ope-  
re faciendo per summum laborem queri-  
tasset, idq; per ambages voluisse Polygnou-  
rum designare. **Compertum** est etiam Io-  
num vulgo proverbiū esse, quot es ho-  
minem significat ad laborem quidem ve-  
hementer propensum, sed nihil inde capie-  
tem commodi, **Ocni** funiculum torquet.
- Ocni** fu-  
niculum  
torquere. Ita fermè Pausanias. Huius quidem effi-  
giei Plutarchus meminit libello **περὶ ιυ-**  
**δυπίας**, & Plin. 35. cap. 11. inter opera, ni  
fallor, Socratis pictoris. Sic & Propertius  
4. Elegiarum:  
Dignior obliquo funem qui torquent Ocno,  
Aeternumque tuam pascat asella fa-  
mem.
- Retulit & commodi 12. Hieroglyphicā  
Pierius. Et Politianus Miscellan. cap. 81.  
Id quoq; argumentum in marmore exala-  
tum tradit Hermolaus Barbarus, Romæ  
duobus locis, in Capitolio nimurum & Va-  
ticani hortis videri. Idemq; de Ocno alia  
scitu digna tradit in castigat. Plinianis lib.  
35. cap. 11. Præterea Cratinus singit etiam  
quendam apud inferos funem torquētem,  
alium verò atrodetem ea, quæ ille iam  
torsilset. Hinc de inaniter laborantibus  
id proverbiū etiam vti solent: **Contorquet**  
**piger funiculum**, de quo vide adagia.
- III. **IMPIGER**] Diligens, industrius, Virgil.  
1. Æneid.
- ....ille impiger haust  
Spumantem pateram.  
Et Ouid. 1. Metamorph.
- ....patrios adit impiger ortus.
- Videtur tamen (quod obiter dixerim) ad-  
iectuum hoc differre vel maximè à nomi-  
ne **Ocni**, quod propriè ignavum, & qui fa-  
ciat aliquid grauatum, significat. Dicitur e-  
nī ὁ νος τὸ ὄνυπός, & ipsa πάθητιa di-  
citur ὁ νος τὸ ὄνυπια: sed & ὁ νεύσιδem  
est quod pigescere. Hec tamen dictio ad  
semum potius attinet: ignavus enim est, ni  
hilq; agit tametsi laboret, qui suas opes  
male collocat, easq; in v̄lus minimè necel-  
larios erogat.
- Sparto**] Genista. Sic enim quidam inter-  
pretantur. Spartum verò genus est herbe **spartum**,  
apud Hispanos frequentissimæ: ex hac su-  
nes nauticos fieri solitos scribit Liuius 2.  
bell Punic.
- Humidaq; artifici &c.]** περὶ πατέσι re-  
stis.
- Protinus**] potrò ac sine intermissione,  
continuò. Nonius.
- Ignavi ventris πολυτελής γυνὴ sum-  
ptuosa mulier.** Sic D. Paulus Cretenses vo-  
cat γαστρας ἀργεσ. ventres pigros.
- Fæmina iners animal**] Hesiodus in-  
Theogonia mulieres fucis assimilat, qui a-  
pum labores consumunt, cuius hęc est sen-  
tientia:
- Quale fauis examen apum dulciq; liquore  
Cernimus infames h̄aud raro pacere fucos,  
Per chyma manè volant, & pieta per arua  
repenti
- Sole vagas, cerasq; legunt, & dulcia mella.  
Prado latet, curuoque vorax sub vimine  
vivit,
- Inq; fūs abdit edax alienos extra labores.  
Talis in humavis prius ab Ione fœmina-  
rebus
- Est data, flagitijs hominē qua ledat inq;**  
Vide proverbiū, **Mulieris podex**.
- Mundum**] Mundus est ornatus mulie-  
bris, Græcè dicitur κόσμος. Vnde mundus quid.  
dictus est hic, quod alio nomine celum ap-  
pellare

pellare libuit. Nam ut inquit Plinius lib. 2. cap. 4. quem κόσμον Græci nomine ornamenti appellauerunt, cum nos à perfecta absolutaque; elegantia Mundum. Liuus in Oratione Catonis pro lege Oppia seruanda: Munditiae, ornatus, & cultus, hæc feminarum insignia sunt, his gaudent & gloriatur, hunc mundum muliebrem appellarent maiores nostri. Nonius ex Lutio:

*Legavit quidam vxori mundum omne, per numquā.*

Mundus Vopianus noster ait mundo muliebri continei specula, vinguenta, vasa vinguentaria, & si qua dici similia possunt; distinguuntque muliebria ornamenta à mundo muliebri, ac si mulier possit esse munda, nec tamen ornata: ut solet in ijs contingere, qua se mundarint lotæ in balneo, neq; se ornarint: & contrà, est aliqua statim a somno ornata, nec tamen mundata. Sed hoc nimium subtiliter à Iurisconsulto; nam apud oratores, poetas, aliosq; terflos auctores, mundo muliebri non ea modò continentat, quibus mulier fit mundior, sed etiam quibus ornatior, Val. Max. lib. 9. cap. De luxuria & libidine, memorabile refert exemplum de abrogata lege Oppia, qua lata fuerat olim bello Punico secundo, ad coercendam mulierum luxuriam: sed eas tamen ait excusa mentis imbecillitate, & grauiorum operum negata affectione, quamobrem omnne studium ad curiosiorem sui cultum illiciit permitti.

Prodigii.] Consumit, dissipat; verbum apertissimum ad prodigalitatem notandam.

IV. VETERES cum virum in re cumulanda sollicitum, neq; assiduos quantumlibet labores declinantem; uxorem vero prodigam, & ad omnia perdenda dissipandaq; intentam hieroglyphicè significare vellent, hominem spati funiculum torquentem, illam vero asella effigie assidentem à tergo, & opus quantumcumq; fieret abrodetem effingebant. Laborat enim miser ille hominio totis diebus, sperataq; ditesceret; sed quicquid labore tam improbo partum evascerit, ad ornatum quædam suum transvert prodiga & insolens mulier. Vnde vero verius à Iuvenale scriptum Satyr. 6.

*Prodiga non sentit pereunte fomina censū.  
Ac velut exhausta radiuum pullulet arca  
Numis. & è pleno semper tollatur acerbo:  
Non unquam reputat quanti sua gaudia  
content.*

Quod pertinet adagium, *Mulieris podex, in Chiliad. Adag.* Recit etiam Hesiodus: Qui fudit, inquit, mulieribus, is etiam furibus fidem habet. Et festuè Lacon quidam quærentibus, quamobrem uxorem duxisset adeo pusillam & paruulam? respondit: E malis quod minimum esset eligendum. Nam ut verè Menander.

*γυνὴ σύνολον ισὶ δαπανηρὸν φυσε.  
Νatura fecit sumptuosa fæminas.  
γυνὴ πολυτελές ισὶ ὁ χλιρὸν, εἴδιται.  
Ζητὸν λαβούσθε τὸ βελτεσ.  
Εἴτε περιολεῖται sumptuosa fæmina,  
Νεκ vivere arbitrio sinit virum suo.*

Cui autem cōtigit viror in otio deses, & in contemptu corporis ornati prouentus, reditus, & quæfus profundens, is tē rem faciet ut funarius sole, nimisq; retrogradando ductus. Epigraphe emblemaq; videtur id totum torquere in rapacitatem & austritiam mercetricum, de quibus alias.

